3. *redegerat.* In der Bedeutung 'zurücktreiben' findet sich *redigere* bei Cäsar nicht, aber im B. Hisp. 15, 4. *in castra sunt redacti* und 34, 5 *in oppidum sunt redacti.* Vgl. Livius 21, 9, 2 *postremo (hostem) fusum fugatumque in castra redigunt.*

cohortium trium instar vgl. 3, 66, 1 *cohortes quasdam, quod instar legionis videretur*; B. Afr. 3, 3 *quorum numerus duarum legionum instar erat.* — Die Breite des Heptastadium ist nicht zu ermitteln.

4. *imperat pontem . . praevallari.* Auch Cäsar setzt zu *imperare* einen passiven Acc. c. Inf. V, 1, 3; 7, 6; 1, 61, 4.

5. *altero instituto.* Die Alexandriner hinderten den Bau der Verschanzung noch rechtzeitig, vgl. 20, 5 *munitionem in ponte institutam.*

latiore loco vgl. § 6 *ex area, quae erat adversus pontem.*

20 ex navibus contra molem. In his rebus occupato Caesare
militesque hortante remigum magnus numerus et classiariorum
2 ex longis navibus nostris in molem se eiecit. Pars eorum
studio spectandi ferebatur, pars etiam cupiditate pugnandi.
Hi primum navigia hostium lapidibus ac fundis a mole re-
pellebant ac multum proficere multitudine telorum videbantur.
3 Sed postquam ultra eum locum ab latere eorum aperto ausi
sunt egredi ex navibus Alexandrini pauci, ut sine signis cer-
tisque ordinibus, sine ratione prodierant, sic temere in naves
4 refugere coeperunt. Quorum fuga incitati Alexandrini plures
ex navibus egrediebantur nostrosque acrius perturbatos in-
sequebantur. Simul, qui in navibus longis remanserant, sca-
las rapere navesque a terra repellere properabant, ne hostes
5 navibus potirentur. Quibus omnibus rebus perturbati milites
nostri cohortium trium, quae in ponte ac prima mole con-
stiterant, cum post se clamorem exaudirent, fugam suorum
viderent, magnam vim telorum adversi sustinerent, veriti, ne
ab tergo circumvenirentur et discessu navium omnino reditu
intercluderentur, munitionem in ponte institutam reliquerunt
6 et magno cursu incitati ad naves contenderunt. Quorum pars
proximas nacta naves multitudine hominum atque onere de-
pressa est, pars resistens et dubitans, quid esset capiendum
7 consilii, ab Alexandrinis interfecta est; nonnulli feliciore exitu
expeditas ad ancoram naves consecuti incolumes discesserunt,
pauci allevatis scutis et animo ad conandum nisi ad proxima

20, 1. *remigium* T 3. *refugere* UF, *fugere* T, *profugere* V 4. *perturbantes* TV 5. *in pontem* (*institutam*) *β*, *in ponte* mit Bongars 3.

20, 1. *ex longis navibus nostris.* Die Schiffe standen auf der östlichen Seite des Heptastadium, im grofsen Hafen (vgl. 19, 3), teilweise dicht an der Mole (*a terra* § 4); auf der westlichen Seite, im Hafen Eunostus, befanden sich die im Folgenden erwähnten Schiffe der Alexandriner.

2. Die Zusammenstellung von *multum* und *multitudine* scheint beabsichtigt zu sein.

3. *ab latere eorum aperto.* Die Alexandriner waren weiter hinausgefahren, nach Pharos zu (*ultra eum locum*), sie kamen also diesen Soldaten, welche ihre Front dem Hafen Eunostus zugekehrt hatten, in die rechte Flanke.

4. *acrius* ist mit *insequebantur* zu verbinden, vgl. VIII 10, 2 *acriusque hostes insequebantur* und VIII 19, 7.

6. Das Prädikat *depressa est* und der Zusatz *multitudine hominum atque onere* passen eigentlich nicht zum Subjekte *pars*, womit die Soldaten, nicht die Schiffe, bezeichnet sind.

7. *allevatis scutis.* Die Soldaten hielten die Schilde über sich, um sich gegen die nachgesendeten Geschosse zu decken.

navigia adnatarunt. Caesar, quoad potuit cohortando suos ad 21
pontem ac munitiones continere, eodem in periculo versatus
est; postquam universos cedere animadvertit, in suum navi-
gium se recepit. Quo multitudo hominum insecuta cum in- 2
rumperet, neque administrandi neque repellendi a terra facultas
daretur, fore, quod accidit, suspicatus sese ex navigio eiecit
atque ad eas, quae longius constiterant, naves adnatavit. Hinc 3
suis laborantibus subsidio scaphas mittens nonnullos conser-
vavit. Navigium quidem eius multitudine depressum militum
una cum hominibus interiit. Hoc proelio desiderati sunt ex 4
numero legionariorum militum circiter cccc et paulo ⟨ultra⟩
eum numerum classiarii et remiges. Alexandrini eo loco 5
castellum magnis munitionibus multisque tormentis confirma-
runt atque egestis ex mari lapidibus libere sunt usi postea
ad mittenda navigia. Hoc detrimento milites nostri tantum 22
afuerunt ut perturbarentur, ut incensi atque incitati magnas
accessiones fecerint in operibus hostium expugnandis in proeliis
cotidianis, quandocumque fors obtulerat, procurrentibus et erum-
pentibus Alexandrinis manum . . . . comprehendi multum ope-
ribus . . . . et ardentibus studiis militum, nec divulgata Cae- 2
saris hortatio subsequi legionum aut laborem aut pugnandi
poterat cupiditatem, ut magis deterrendi et continendi a peri-

21, 1 *contendere β*, *continere* Lipsius und Iurinius *Caesar cedere* V 4. ⟨*ultra*⟩ Beroaldus 5. *tormentisque multis* F
22, 1 *affuerunt* UF, *fuerunt* TV *accensiones* F Über die doppelte Lücke spricht Nipperdey p. 193. 2. *exhortacio* V

21, 2. *administrandi* absolut, vgl. IV 29, 2 *neque ulla nostris facultas aut administrandi aut auxiliandi dabatur.*

Cäsar mufste 200 röm. Schritte weit schwimmen, vgl. Suet. Div. Julius 64. Die anderen Angaben Suetons hat Drumann III S. 543 zurückgewiesen. Nach Dio Cassius 42, 40, 5 u. A. erwischten die Alexandriner Cäsars Purpurmantel und verbrannten ihn feierlich.

21, 5. *confirmarunt.* Cäsar gebraucht in dieser Bedeutung das Simplex VI 29, 1 *magnisque eum locum munitionibus firmat.*

ad mittenda navigia, oben steht *navigia . . emittere* 19, 5.

22, 1. '*Abesse,* mit *tantum* verbunden, soviel, so weit entfernt sein, wird regelmäfsig, wenn zwei Sätze mit *ut* darauf folgen, neutral oder impersonal gebraucht, weil der erste Satz mit *ut* Subjekt zum Verbum ist, also *abest, aberat* u. s. w. notwendig macht, da hingegen der zweite Satz mit *ut* von *tantum* abhängt. Das Beispiel in B. Alex. 22, 1 ist ganz alleinstehend in der römischen Litteratur' Krebs, Antibarbarus I[6] S 44.

ut . . . magnas accessiones fecerint vgl. 48, 1; Plancus Cic. ad Fam. 10, 18, 3 *Magnam etiam perditi hostes accessionem sibi fecissent, si quas copias a Lepido abstraxissent.*

culosissimis essent dimicationibus quam incitandi ad pugnan-
23 dum. Alexandrini, cum Romanos et secundis rebus confirmari et adversis incitari viderent neque ullum belli tertium casum nossent, quo possent esse firmiores, ut coniectura consequi possumus, aut admoniti a regis amicis, qui in Caesaris erant praesidiis, aut suo priore consilio per occultos nuntios regi probato legatos ad Caesarem miserunt, ut dimit-
2 teret regem transireque ad suos pateretur: paratam enim omnem multitudinem esse confectam taedio puellae, fiduciario regno, dominatione crudelissima Ganymedis facere id, quod
3 rex imperasset; quo si auctore in Caesaris fidem amicitiamque venturi essent, nullius periculi timorem multitudini fore im-
24 pedimento, quo minus se dederent. Caesar, etsi fallacem gentem semperque alia cogitantem, alia simulantem bene cognitam habebat, tamen petentibus dare veniam utile esse sta-
2 tuit, quod, si quo pacto sentirent ea, quae postularent, mansurum in fide dimissum regem credebat; sin, id quod magis illorum naturae conveniebat, ducem ad bellum gerendum regem habere vellent, splendidius atque honestius se contra regem quam contra convenarum ac fugitivorum manum bel-
3 lum esse gesturum. Itaque regem cohortatus, ut consuleret regno paterno, parceret praeclarissimae patriae, quae turpibus

23, 1. [*cum*] T *qui* (*possent*) FTV *regis* (*probato*) *β*, *regi* Ursinus 2. [*omnem*] T [*regno*] T

24, 1. *etsi* UFV, *si* T 2. *quo facto sentiret β*, *quo pacto sentirent* P. Manutius *postularet* F [*esse*] V 3. *parceret* ⟨*et*⟩ *β*

23, 1. *in Caesaris . . praesidiis* innerhalb der von Cäsar besetzten Linien, vgl. 3, 83, 4 *quique intra praesidia Pompei fuissent.*

transireque vgl. Cic. de sen. § 22 *quaesisseque.* Vereinzelt steht bei Cäsar 3, 97, 3 *commodioreque* und VI 12, 6 *dignitateque* (*que* fehlt in *β*). Vgl. Anm. zu 36, 4.

3. *si . . venturi essent.* Der Conj. Fut. steht bei *si* auch 70, 1 *si . . . repraesentaturus esset.* Vgl. Cic. pro Mil. § 68 *si . . Italia . . numquam esset conquietura.* Vgl. F. Hartmann in Wölfflins Archiv für lat. Lexik. u. Gram. III S. 346.

dederent. Der Pluralis steht bei *multitudo* auch 32, 3 *Omnis enim multitudo . . Caesari occurrerunt seque ei dediderunt.*

24, 2 Cäsar legte nach 3, 109, 6 (*ut potius privato paucorum et latronum quam regio consilio susceptum bellum videretur*) grofses Gewicht darauf, dafs die Alexandriner gegen den Willen ihres Königs zu handeln schienen. Der hier angegebene Grund hat also offenbar Cäsar nicht veranlafst, den König frei zu geben, obgleich ihn der Verf. am Schlusse des Kapitels noch einmal mit einem sehr starken Ausdrucke rühmt (*prudentissimo consilio*); vermutlich hoffte Cäsar durch Unfrieden zwischen Arsinoe und Ptolomaeus die Feinde zu spalten.

incendiis et ruinis esset deformata, cives suos primum ad
sanitatem revocaret, deinde conservaret, fidem populo Romano
sibique praestaret, cum ipse tantum ei crederet, ut ad hostes
armatos eum mitteret, dextra dextram tenens dimittere coepit
adulta iam aetate puerum. At regius animus disciplinis falla- 4
cissimis eruditus, ne a gentis suae moribus degeneraret, flens
orare contra Caesarem coepit, ne se dimitteret: non enim
sibi regnum ipsum conspectu Caesaris esse iucundius. Com- 5
pressis pueri lacrimis Caesar ipse commotus celeriter, si ita
sentiret, fore eum secum affirmans ad suos dimisit. Ille ut 6
ex carceribus in liberum cursum emissus adeo contra Cae-
sarem acriter bellum gerere coepit, ut lacrimas, quas in con-
loquio proiecerat, gaudio videretur profudisse. Accidisse hoc 7
complures Caesaris legati, amici, centuriones militesque laeta-
bantur, quod nimia bonitas eius fallaciis pueri elusa esset.
Quasi vero id Caesar bonitate tantum adductus ac non pru-
dentissimo consilio fecisset. Cum duce adsumpto Alexandrini 25
nihilo se firmiores factos aut languidiores Romanos animad-
verterent eludentibusque militibus regis aetatem atque infirmi-
tatem magnum dolorem acciperent neque se quicquam profi-
cere viderent, rumoresque exsisterent, magna Caesari praesidia
terrestri itinere, ⟨ex⟩ Syria Ciliciaque, adduci, quod nondum
auditum Caesari erat, commeatum, qui mari nostris sup-
portabatur, intercipere statuerunt. Itaque expeditis navigiis 2
locis idoneis ad Canopum in statione dispositis navibus insidia-
bantur nostris commeatuque. Quod ubi Caesari nuntiatum est, 3

24, 4. [*sibi*] V *jocundius* β 5. *illa* β, *ita* R. Schn. 6. *con-loquio* UF, *colloquio* T

25, 1. *adverterent* T *Caesar* β ⟨*ex*⟩ *Syria* R. Stephanus *Cyliaque* T *commeatumque qui* V 2. *dispositis navibus insidiabantur nostris commeatu* β, *commeatuque* Nipperdey p. 193, [*navibus*] u. *commeatibus* st. *commeatu* Dübner. Andere Vermutungen bei Preufs s. *commeatus*. 3. [*est*] F

3. *adulta iam aetate puerum*: Ptolomaeus XII war damals 13 Jahre alt nach Appian BC 2, 84 *ὁ δὲ ἦν μὲν ἐπὶ τρισκαίδεκα ἔτη μάλιστα γεγονώς*, also 8 Jahre jünger als Kleopatra, vgl. Plut. Anton. 86.

4. *contra Caesarem* = Cäsar gegenüber, vgl. 68, 1 *contra quem Caesar cum plurima sua commemorasset officia.*

5. *si ita* sentiret.* Vgl. Cic. Acad. pr. 2, 63 *iocansne an ita sentiens.*

6. *contra Caesarem . . bellum gerere coepit.* Die Präposition *contra* setzt Cäsar nicht in dieser Verbindung; sie steht oben § 2 und B. Afr. 8, 5 *qui cum eo bellum contra se gerebant*, um ein Mifsverständnis zu vermeiden.

25, 1 *auditum Caesari* vgl. Cic. Tusc. IV § 44 *Cui non sunt auditae Demosthenis vigiliae?*

suam classem iubet expediri atque instrui. Praeficit huic Tiberium Neronem. Proficiscuntur in ea classe Rhodiae naves atque in his Euphranor, sine quo nulla umquam dimicatio
4 maritima, nulla etiam parum feliciter confecta erat. At fortuna, quae plerumque eos, quos plurimis beneficiis ornavit, ad duriorem casum reservat, superiorum temporum dissimilis Eu-
5 phranorem prosequebatur. Nam cum ad Canopum ventum esset, instructaque utrimque classis constitisset, et sua consuetudine Euphranor primus proelium commisisset et quadriremem hostium perforasset ac demersisset, proximam longius insecutus parum celeriter insequentibus reliquis circumventus ab Alexan-
6 drinis est. Cui subsidium nemo tulit, sive quod in ipso satis praesidii pro virtute ac felicitate eius putarent esse, sive quod ipsi sibi timebant. Ita qui unus ex omnibus eo proelio bene rem gessit, solus cum sua quadriremi victrice periit.

26 Sub idem tempus Mithridates Pergamenus, magnae nobilitatis domi scientiaeque in bello et virtutis, fidei dignitatisque in amicitia Caesaris, missus in Syriam Ciliciamque initio belli Alexandrini ad auxilia arcessenda cum magnis copiis, quas celeriter et propensissima civitatium voluntate et sua diligentia

25, 3: *unam* (*classem*) β, *suam* Nipperdey p. 193 *Tyberium* TV 4. *persequebatur* V 5. *conflixisset* β, *constitisset* Fischer Progr. Passau 1880 S. 15. *et illi triremem* β, *et quadriremem* (aus *et IIII remem*) Dübner *perforassent ac demersissent* β, der Sing. mit einer schlechten Handschr. [*est*] UFT 6. *Itaque* β, *Ita qui* M. Haupt *perit* β, *periit* nach schlechteren Handschr.

26, 1. *Mitridates* β 'prope constanter' Dübner *missis* TV *civitatium* UFT, *civitatum* V; vgl. 66, 3 *civitatium* UF, *civitatum* TV; B. Afr. 26, 6 *civitatium* UF, *civitatum* TV; vgl. Meusel Lex. I p. 543

4. Diese Weltanschauung, ein Glaubenssatz der mittelmäfsigen Geister, ist Cäsar fremd; sie entspricht der Auffassung des Velleius und Valerius Maximus, bei denen sich auch zahlreiche Beispiele finden, welche zum Beweise der Wahrheit dienen sollen.

6. *sive quod . . . putarent.* Der Verf. läfst es dahingestellt, ob diese Angabe der Beteiligten der Wahrheit entspricht. — Den Verlauf des Gefechtes und der ganzen Unternehmung verfolgt der Verf. nicht weiter. Nach Dio Cassius 42, 40, 6 siegte Tiberius und Sueton Tib. 4 sagt sogar: *Pater Tiberi, quaestor C. Caesaris Alexandrino bello classi praepositus, plurimum ad victoriam contulit.*

26, 1. *dignitatisque* vgl. 68, 3 *veteri hospitio atque amicitiae, dignitati aetatique hominis.*

propensissima . . voluntate. Das Wort *propensus* kommt sonst bei Cäsar und den Fortsetzern nicht vor, vgl. Cic. off. II § 69 *in eum fere est voluntas nostra propensior.* — Das Heer war bunt zusammengesetzt, vgl. Joseph. Ant. 14, 8, 1 *ἧκεν Ἀντίπατρος ἄγων Ἰουδαίων ὁπλίτας τρισχιλίους, ἐξ*

confecerat, itinere pedestri, quo coniungitur Aegyptus Syriae, Pelusium advenit idque oppidum firmo praesidio occupatum 2
Achillae propter opportunitatem loci (namque tota Aegyptos maritimo accessu Pharo, pedestri Pelusio velut claustris munita existimatur) repente magnis circumdatum copiis multiplici praesidio pertinaciter propugnantibus et copiarum magnitudine, quas integras vulneratis defessisque subiciebat, et perseverantia constantiaque oppugnandi, quo die est adgressus, in suam redegit potestatem praesidiumque ibi suum conlocavit. Inde re 3
bene gesta Alexandriam ad Caesarem contendit omnesque eas regiones, per quas iter faciebat, auctoritate ea, quae plerumque adest victori, pacarat atque in amicitiam Caesaris redegerat.
Locus est fere regionum illarum nobilissimus non ita longe 27
ab Alexandria, qui nominatur Delta; quod nomen a similitu-

26, 1. *Aegyptos* UF, vgl. § 2 *Aegyptos* UFT. Vgl. Ovid Ars. am. I 647 *Aegyptos*, aufserdem kommt der Nominativ bei Ovid nicht vor. *adducit* β, *advenit* Davisius. 2. *Achiliae* UFT *multiplici praesidio pertinaciter propugnantibus* β 3. *Alexandream* T [*ea*] V *placarat* β, *pacarat* mit schlechteren Handschr.

᾿Αραβίας τε συμμάχους ἐλθεῖν ἐπραγματεύσατο τοὺς ἐν τέλει· καὶ δι᾿ αὐτὸν οἱ κατὰ τὴν Συρίαν ἅπαντες ἐπεκούρουν, . . . ᾿Ιάμβλιχός τε ὁ δυνάστης, καὶ Πτολεμαῖος ὁ υἱὸς αὐτοῦ, καὶ Θολομαῖος ὁ Σοέμου Λίβανον ὄρος οἰκῶν, αἵ τε πόλεις σχεδὸν ἅπασαι.

2. *integras vulneratis . . subiciebat* = *succedere iussit.* Der Dativ ist sonst bei *subicere* in dieser Bedeutung nicht nachweisbar, es steht absolut Liv. 23, 3, 10 *primo silentium erat inopiā potioris subiciundi.*

Das Hauptverdienst schreibt Josephus dem Antipater zu, vgl. Ant. 14, 8, 1 *πρῶτος καταστήρας τι τοῦ τείχους ὁδὸν εἰσπεσεῖν παρέσχετο τοῖς ἄλλοις εἰς τὴν πόλιν.*

Nach der Darstellung des Josephus (vgl. Anm. zu 26, 1) machte sich Antipater dadurch noch besonders verdient, dafs er die Juden in Ägypten für Cäsar gewann. Er berichtet ferner, dafs der Zusammenstofs mit den Ägyptern beim Judenlager (Tal-El-Jahoudieh 30 km abwärts von Kairo) stattfand und Mithridates den Sieg lediglich dem kühnen Vordringen des Antipater verdankte, wodurch der bereits weichende Flügel des Mithridates Luft bekam und wieder zum Angriffe vorschreiten konnte. Cäsar bestätigte den Juden zum Lohne für ihre Unterstützung in diesem Kriege die Rechte, welche Alexander der Grofse ihnen verliehen hatte. Vgl. Josephus Ant. 14, 10, 1—2.

27, 1 *quod nomen a similitudine litterae* c e p i t vgl. I 13, 7 *ut is locus ex calamitate populi Romani . . nomen caperet*; 3, 112, 1 *quae* (*Pharos*) *nomen ab insula cepit* (*accepit* T).

Delta hiefs 1) das ganze Zwischenland (*ἡ νῆσος*), 2) der Landstrich an der Spitze (*τὸ ἐπὶ τῇ κορυφῇ χωρίον*), 3) das Dorf an der Gabelung (*ἡ κώμη*), vgl. Strabo p. 788 *γέγονε δὴ νῆσος ἔκ τε τῆς θαλάττης καὶ τῶν ῥευμάτων ἀμφοῖν τοῦ ποταμοῦ, καὶ καλεῖται Δέλτα διὰ τὴν ὁμοιότητα τοῦ σχήματος· τὸ δ᾿ ἐπὶ τῇ κορυφῇ χωρίον ὁμωνύμως κέ-*

2 dine litterae cepit: nam pars quaedam fluminis Nili derivata
inter se duobus itineribus paulatim medium inter se spatium
relinquens diversissimo ad litus intervallo a mari coniungitur.
3 Cui loco cum adpropinquare Mithridaten rex cognovisset et
transeundum ei flumen sciret, magnas adversus eum copias misit,
quibus vel superari delerique Mithridaten vel sine dubio reti-
4 neri posse credebat. Quemadmodum autem optabat eum vinci,
5 sic satis habebat interclusum a Caesare [a se] retineri. Quae
primae copiae flumen a Delta transire et Mithridati occurrere
potuerunt, proelium commiserunt festinantes praeripere subse-
6 quentibus victoriae societatem. Quorum impetum Mithridates
magna cum prudentia [constantiaque virtutum et Alexandrino-
rum imprudentia] consuetudine nostra castris vallatis sustinuit:
7 cum vero incaute atque insolenter succedere eos munitionibus
videret, eruptione undique facta magnum numerum eorum in-
8 terfecit. Quod nisi locorum notitia reliqui se texissent partim-
que in naves, quibus flumen transierant, recepissent, funditus
deleti essent. Qui ut paulum ab illo timore se recrearunt,
adiunctis iis qui subsequebantur rursus oppugnare Mithridaten
28 coeperunt. Mittitur a Mithridate nuntius Caesari, qui rem
gestam perferret. Cognoscit ex suis haec eadem accidisse rex.

27, 1. *cepit* FV, *caepit* U, *accepit* T 2. *a mari β*, [*a*] Ciacconius mit schlechteren Handschriften 4. *a Caesare a se* UFT, *a Caesare se* V, [*a se*] Schambach Jahrb. f. kl. Phil. 1879 S. 869 5. *ad Δ delta* V 6. *constantiaque virtutum et Alexandrinorum imprudentia β*, [*constantiaque-imprudentia*] alte Ausgaben 7. *caute* TV *et insol.* V 8. *adiunctis iis* U, *adiunctis his* F, *adiuncti his* TV
28, 1. *eadem haec* TV

κληται διὰ τὸ ἀρχὴν εἶναι τοῦ λεχθέντος σχήματος, καὶ ἡ κώμη δὲ ἐπ᾽ αὐτῷ καλεῖται Δέλτα. Der Verf. versteht unter *locus*, wie es scheint, den an der Spitze gelegenen Landstrich.

2. Der Sinn dieser Worte scheint zu sein: Der Nil teilt sich in zwei Arme, welche allmählich einen immer grösseren Zwischenraum zwischen sich lassen, bis sich der Fluss mit bedeutendem Abstande der Mündungen ins Meer ergiesst. Da die bisherigen Vermutungen zu dieser Stelle zu keinem Ergebnisse geführt haben, ist oben die Überlieferung wörtlich abgedruckt worden.

4. *Quemadmodum . . sic*, vgl. Cic. Lael. § 16 *si, quemadmodum soles de ceteris rebus . . . sic de amicitia disputaris.* — *optabat eum vinci.* Der Acc. c. Inf. steht bei *optare* VIII 41, 2 *Hoc fonte prohiberi posse oppidanos cum optarent reliqui, Caesar unus videret*, vgl. die Anm. bei Kraner. Ausserdem Ter. Andria 962; Cic. ad Fam. X 20, 3 *quem te et opto esse et confido futurum.*

6. *castris vallatis* vgl. 30, 2 *Haec* (*castra*) *vallata;* Liv. 9, 41, 15. In eigentlicher Bedeutung kommt *vallare* selten vor.

7. *succedere . . munitionibus* vgl.

Ita paene sub idem tempus et rex ad opprimendum Mithridaten proficiscitur et Caesar ad recipiendum. Celeriore fluminis Nili 2
navigatione rex est usus, in quo magnam et paratam classem habebat. Caesar eodem itinere uti noluit, ne navibus in flumine dimicaret, sed circumvectus est eo mari, quod Africae partis esse dicitur, sicuti supra demonstravimus; prius tamem regis copiis occurrit, quam is Mithridaten adgredi posset, eumque ad se victorem incolumi exercitu recepit. Consederat cum copiis 3
rex loco natura munito, quod erat ipse excelsior planitie ex omnibus partibus subiecta; tribus autem ex lateribus varii gene- 4
ris munitionibus tegebatur: unum latus erat adiunctum flumini Nilo, alterum editissimo loco ductum, ut partem castrorum obtineret, tertium palude cingebatur. Inter castra et Caesaris 29
iter flumen intercedebat angustum altissimis ripis, quod in Nilum influebat, aberat autem ab regis castris milia passuum circiter VII. Rex cum hoc itinere venire Caesarem comperisset, 2
equitatum omnem expeditosque delectos pedites ad id flumen misit, qui transitu Caesarem prohiberent et eminus ex ripis proelium impar inirent: nullum enim processum virtus habebat aut periculum ignavia subibat. Quae res incendit dolore milites 3
equitesque nostros, quod tam diu pari proelio cum Alexandrinis certaretur. Itaque eodem tempore equites Germani dispersi 4
vada quaerentes partim demissioribus ripis flumen tranarunt,

28, 2. *in qua* β, *in quo* mit schlechteren Handschr. *circumvectus* [*est*] FV 3. *Considerat* FTV *ex* (*loco*) UF, ·*l*· *ex* TV, *rex* mit schlechteren Handschr. *planitia* UFV, *planitiae* T 4. *variis generum* β, *variis genere* schlechtere Handschr., *varii generis* Oehler praef. p. VII (*erat*) *adiectum* β, *obiectum* schlechtere Handschr. *adiunctum* R. Schn., vgl. 34, 4 *partem, quae flumini erat adiuncta ductum ut partem castrorum obtineret* β

29, 3. *certaretur* UV, *certarent* F, *certarentur*, mit ausgestrichenem *n*, T 4. [*Itaque*] V *vada* ⟨*fluminum*⟩ β

40, 1 *moenibus oppidi;* 30, 4 *munitionibus;* Liv. 9, 14, 9 *hostium munimentis;* Liv. 10, 34, 5 *moenibus.* Bei Cäsar findet sich der Dativ neben *succedere* nicht.

28, 1 *ad recipiendum* = um ihn an sich zu ziehen, vgl. § 2 und 3, 5.

2. Cäsar fuhr anfänglich nach Osten, um die Ägypter zu täuschen, wandte sich dann aber nach dem Kap Chersonesus und marschierte um den See Mareotis herum. Vgl. Dio Cassius 42, 43, 2.

29, 1. *flumen angustum* ist ein Seitenkanal.

2. *nullum . . processum virtus habebat* = 'die Tapferkeit konnte keinen Erfolg erringen.' Cäsar sagt dafür *nihil proficere* VII 20, 11 u. ö.

4. *equites Germani.* Unter den Truppen, die Cäsar selbst mit nach Alexandria führte, befanden sich 800 Reiter, vgl. 3, 106, 1.

et legionarii magnis arboribus excisis, quae longitudine utram-
que ripam contingerent, proiectis ⟨iis⟩ repentinoque aggere
5 iniecto flumen transierunt. Quorum impetum adeo pertimue-
runt hostes, ut in fuga spem salutis conlocarent, sed id frustra:
namque ex ea fuga pauci ad regem refugerunt paene omni
30 reliqua multitudine interfecta. Caesar re praeclarissime gesta,
cum subitum adventum suum iudicaret magnum terrorem Ale-
xandrinis iniecturum, protinus victor ad castra regis pertendit.
2 Haec cum et opere magno vallata et loci natura munita animad-
verteret confertamque armatorum multitudinem conlocatam
in vallo videret, lassos itinere ac proeliando milites ad oppu-
gnanda castra succedere noluit. Itaque non magno intervallo
3 relicto ab hoste castra posuit. Postero vero die castellum, quod
rex in proximo vico non longe a suis castris munierat brachi-
isque cum opere castrorum coniunxerat vici obtinendi causa,
Caesar adgressus omnibus copiis expugnat, non quo id minore
numero militum consequi difficile factu putaret, sed ut ab ea
victoria perterritis Alexandrinis protinus castra regis oppu-
4 gnaret. Itaque eodem cursu, quo refugientes Alexandrinos ex
castello in castra sunt milites insecuti, munitionibus successe-
5 runt acerrimeque eminus proeliari coeperunt. Duabus ex par-
tibus aditus oppugnationis nostris dabatur: una, quam liberum
accessum habere demonstravi; altera, quae mediocre inter-
6 vallum inter castra et flumen Nilum habebat. Maxima et elec-
tissima multitudo Alexandrinorum defendebat eam partem, quae
7 facillimum aditum habebat; plurimum proficiebant in repellendis

29, 4. *proiecto* V ⟨*iis*⟩ Nipperdey
30, 1. *praeclarissima re gesta* UF 2. *consertamque* V 3. *Postero vero die* FV, [*vero*] UT *bracchiisq.* T, *brchiisq.* F *non quo id* UV, *non quod* T, *non quo* F *regis castra* V 4. *eo cursu* β, *eodem cursu* R. Schn. vgl. VI 37, 1 und 2, 35, 4

repentino. Das Adverbium *repentino* kommt bei Cäsar und den Fortsetzern sonst nicht vor (II 33, 2 ist mit β *repente* zu schreiben), darum ist hier *repentino* als Adjektivum mit *aggere* zu verbinden = der schnell aufgeraffte Schutt. Vgl. Liv. 41, 10, 3 *exercitus repentinus et tumultuarius*, dazu VII 22, 4 *quantum has turres cotidianus agger expresserat.*

30, 1. *pertendit* vgl. Liv. 5, 8, 12 *Romam pertenderunt.* Der Kampfplatz ist noch nicht mit Sicherheit ermittelt, Stoffel sucht ihn bei Jlkam, 110 km von Alexandria entfernt.

3. *ab ea victoria:* 'nach diesem Siege', vgl. I 125, 1 *Caesar ab decimae legionis cohortatione ad dextrum cornu profectus* u. ö.

5. *demonstravi* 28, 4, diese vierte, offene, Seite ist dort nicht ausdrücklich genannt.

vulnerandisque nostris, qui regione fluminis Nili propugnabant:
diversis enim telis nostri figebantur, adversi ex vallo castrorum,
aversi ex flumine, in quo multae naves, instructae funditoribus
et sagittariis, nostros impugnabant. Caesar, cum videret milites 31
acrius proeliari non posse nec tamen multum profici propter
locorum difficultatem cumque animum adverteret excelsissimum
locum castrorum relictum esse ab Alexandrinis, quod et per se
munitus esset, et studio partim pugnandi partim spectandi
decucurrissent in eum locum, in quo pugnabatur, cohortes
III circumire castra et summum locum adgredi iussit iisque
Carfulenum praefecit, et animi magnitudine et rei militaris
scientia virum praestantem. Quo ut ventum est, paucis defen- 2
dentibus munitionem, nostris contra militibus acerrime pugnan-
tibus diverso clamore et proelio perterriti Alexandrini trepi-
dantes in omnes partes castrorum discurrere coeperunt. Quo- 3
rum perturbatione nostrorum animi adeo sunt incitati, ut paene
eodem tempore ex omnibus partibus ⟨inrumperent⟩, primi
tamen editissimum locum castrorum caperent; ex quo decur-
rentes magnam multitudinem hostium in castris interfecerunt.
Quod periculum plerique Alexandrini fugientes acervatim se 4
de vallo praecipitarunt in eam partem, quae flumini erat ad-
iuncta. Horum primis in ipsa fossa munitionis magna ruina 5
oppressis ceteri faciliorem fugam habuerunt. Constat fugisse 6
ex castris regem ipsum receptumque in navem multitudine
eorum, qui ad proximas naves adnatabant, demerso navigio

30, 7. *mersi ex fl. β, aversi ex fl.* mit einer schlechteren Handschr.
31, 1. *animo adv.* T², *animadverteret* V *et ipse mun.* V *cohortes illo β, cohortes III* Faernus *circuire* V *isque β* *Carfunelum* V 3. [*adeo*] V ⟨*inrumperent*⟩ R. Schn. *castrorum locum* TV 6. *dimerso* V, 'ut fere solet in his' Dübner

7. *regione fluminis Nili* 'auf der Seite', wo der Nil fliefst, vgl. Liv. 3, 66, 5 *regione portae Esquilinae accessere.*

figebantur. Das Simplex ist selten in der Bedeutung 'durchbohren'. Vgl. B. Hisp. 31, 3 *pilorum missu fixa cumulatur multitudo*; Sueton. Domit. 19 *ita quarundam capita figentem, ut duobus ictibus quasi cornua efficeret.*

31, 1. D. Carfulenus wurde von Antonius aus dem Senate gestofsen, er fiel im mutinensischen Kriege, vgl. Cic. ad Fam. 10, 33, 4.

3. Hinter *partibus* fehlt ein Verbum von der Bedeutung 'vorstürmen' oder 'einbrechen'; das von mir eingesetzte *inrumperent* genügt wenigstens dem Sinne nach.

5. *magna ruina oppressis*, vgl. 76, 2 *partim suorum ruina oppressis.*

6. *navigio* entspricht dem früheren Ausdrucke *in navem.* Der Verf. liebt diesen Wechsel der Synonyma, vgl. *urbs* u. *oppidum*, Anm. zu 17, 2.

Florus II 13, 60 und Orosius VI 16 berichten, man habe den Leich-

32 perisse. Re felicissime celerrimeque gesta Caesar magna victoriae fiducia proximo terrestri itinere Alexandriam cum equitibus contendit atque ea parte oppidi victor introiit, quae
2 praesidio hostium tenebatur. Neque eum consilium suum fefellit, quin hostes eo proelio audito nihil iam de bello essent cogitaturi. Dignum adveniens fructum virtutis et animi magnitudi-
3 nis tulit. Omnis enim multitudo oppidanorum armis proiectis munitionibusque suis relictis veste ea sumpta, qua supplices dominantes deprecari consuerunt, sacrisque omnibus prolatis, quorum religione precari offensos iratosque animos regum erant soliti, advenienti Caesari occurrerunt seque ei dediderunt.
4 Caesar in fidem receptos consolatus per hostium munitiones in suam partem oppidi magna gratulatione venit suorum; qui non tantum bellum ipsum ac dimicationem, sed etiam talem adventum eius felicem fuisse laetabantur.

33 Caesar Aegypto atque Alexandria potitus reges constituit, quos Ptolomaeus testamento scripserat atque obtestatus erat
2 populum Romanum, ne mutarentur. Nam maiore ex duobus

32, 1. *magnae victoriae fiducia β*, *magna vict. fid.* Ciacconius *Alexandream* TF *introit* UF 2. *auditu* U *animi multitudinis* T 3. *relegione* U

33, 1. *ut quos β*, [*ut*] mit schlechteren Handschr. *Ptolemaeus β* *erat fr* T

nam des Königs an dem goldenen Panzer erkannt. In Aradus aber tauchte später ein Mann auf, der sich für den verschwundenen König ausgab, Antonius liefs ihn an Kleopatra ausliefern. Vgl. Appian BC 5, 9.

32, 1. *magna* victoriae fiducia* vgl. 12, 2 *magna spe et fiducia*; 1, 56, 3 *magna fiducia . . procedunt.*

ea parte oppidi . . introiit = 'er zog durch den Stadtteil ein'; der sonstige Gebrauch von *introire* und *intrare* bei Cäsar und den Fortsetzern legt die Vermutung *eam partem* nahe.

2. *Neque eum consilium suum fefellit*, *quin* etc. vgl. 3, 94, 3 *Neque vero Caesarem fefellit*, *quin . . initium victoriae oriretur.*

3. *dominantes* Subst. 'ihre Herrscher', vgl. Tac. Ann. 14, 56 *cum dominante;* Tac. Hist. 4, 74 *avaritiam dominantium.*

deprecari alqm. = jemanden anflehen, vgl. Cic. p. Sestio § 27 *Quem enim deprecarere?*

4. *non tantum . . sed etiam* vgl. 34, 2; 42, 1; 49, 2, und (*neque*) 58, 4; 67, 1. Der Verf. gebraucht nur diese Verbindung, welche bei Cäsar, im B. Afric. und Hisp. sich nicht findet. Hirtius (VIII) schreibt *non solum* VIII 13, 2 und *non tantum* VIII 6, 2; 41, 6; (*neque*) 52, 5.

33, 1. Der Inhalt des Testamentes ist 3, 108, 3 angegeben: *In testamento Ptolomaei patris heredes erant scripti ex duobus filiis maior et ex duabus filiabus ea quae aetate antecedebat.* — *quos . . scripserat* gewöhnlich mit dem Zusatze *heredes.* — *atque obtestatus erat* schliefst sich schlecht an den Relativsatz an.

pueris, rege, amisso minori tradidit regnum maiorique ex duabus filiis, Cleopatrae, quae manserat in fide praesidiisque eius:
minorem, Arsinoën, cuius nomine diu regnasse impotenter 3
Ganymeden docuimus, deducere ex regno statuit, ne qua rursus nova dissensio, priusquam diuturnitate confirmarentur regibus imperia, per homines seditiosos nasceretur. Legiones ibi 4
veterana sexta secum reducta ceteras reliquit, quo firmius esset eorum regum imperium, qui neque amorem suorum habere poterant, quod fideliter permanserant in Caesaris amicitia, neque vetustatis auctoritatem paucis diebus reges constituti. Simul ad 5
imperii nostri dignitatem utilitatemque publicam pertinere existimabat, si permanerent in fide reges, praesidiis eos nostris esse tutos; si essent ingrati, posse iisdem praesidiis coërceri.
Sic rebus omnibus confectis et conlocatis ipse [itinere terrestri] 6
profectus est in Syriam.

Dum haec in Aegypto geruntur, rex Deiotarus ad Domitium **34**

33, 2. *filiabus* V 3. *diuturnitates* UFT^{1}V, *diuturnitate* T^2 [*confirmarentur*] F *regis* UF, *regi* TV, *regum* Stephanus, *regibus* Kraner *imperio* UF 4. *Legione ibi* UF, *Legiones ibi* (*Legione sibi*) TV *veteranas*, *s* in T ausradiert, TV *quod* (*firmius*) T *eorum esset* V *regnum* (*imperium*) T 5. *nostris esset ut hos* β, *nostris esse tutos* Nipperdey *isdem* UT, *hisdem* FV [*itinere terrestri*] Nipperdey p. 195

2. Kleopatra wurde in Wahrheit Alleinherrscherin, da ihr Bruder und nunmehriger Gemahl Ptolomaeus XIII ein unmündiges Kind war; als er ihr später dennoch gefährlich zu werden schien, beseitigte sie ihn durch Gift. Die glänzenden Feste, durch welche die Königin den Sieger möglichst lange in Ägypten festzuhalten suchte, übergeht der Verf. mit Stillschweigen.

3. Arsinoe wurde bei dem grofsen Triumphe im Jahre 46 vorgeführt und ging dann nach Ephesus, um im Tempel der Diana Schutz zu suchen. Antonius liefs sie im Jahre 41 auf Wunsch der Kleopatra töten.

4. Die zurückgelassenen drei Legionen sind die 37., die aus Achaia geschickte (3, 106, 1) und die auf dem Landwege heranmarschierende des Domitius. An die Spitze der Truppen stellte Cäsar einen wegen seiner niederen Geburt ungefährlichen Mann, vgl. Suet. Div. Iul. 76 *Trium legionum, quas Alexandreae relinquebat, curam et imperium Rufini liberti sui filio, exsoleto suo, demandavit.* — *fideliter* findet sich sonst in der Prosa erst bei Quintilian und Späteren. — *paucis diebus* 'vor wenigen Tagen'. Vgl. 53, 5.

6. [*itinere terrestri**] Übereinstimmend mit der späteren Angabe des Verfassers (66, 2) schreibt Josephus Antiqu. 14, 8, 3 *Καῖσαρ . . εἰς Συρίαν ἀποπλεύσας*.

34, 1. Dejotarus, Tetrarch in Galatien, war beim Ausbruche des Bürgerkrieges auf die Seite des Pompejus getreten und hatte ihm 600 Reiter zugeführt (3, 4, 3). Auf der Flucht nach der Schlacht bei Pharsalus traf er mit Pompejus zusammen und fuhr mit ihm auf dem-

Calvinum, cui Caesar Asiam finitimasque provincias administrandas tradiderat, venit oratum, ne Armeniam minorem, regnum suum, neve Cappadociam, regnum Ariobarzanis, possideri vastarique pateretur a Pharnace; quo malo nisi liberarentur, imperata se facere pecuniamque promissam Caesari non posse
2 persolvere. Domitius non tantum ad explicandos sumptus rei militaris cum pecuniam necessariam esse iudicaret, sed etiam turpe populo Romano et C. Caesari victori sibique infame esse statueret regna sociorum atque amicorum ab externo rege occupari, nuntios confestim ad Pharnacen misit, 'Armenia Cappadociaque decederet neve occupatione belli civilis populi Romani
3 ius maiestatemque tentaret'. Hanc denuntiationem cum maiorem vim habituram existimaret, si propius eas regiones cum exercitu accessisset, ad legiones profectus unam ex tribus XXXVI

34, 2. *turpē p̄r* TV *Pharnacem* FTV

selben Schiffe nach Kleinasien, wo er nach Lucan Phars. VIII 211 ff. mit dem Auftrage, die Völker Asiens aufzubieten, entlassen wurde. Er zog es aber vor, mit dem Sieger rechtzeitig seinen Frieden zu machen, wobei ihm, wie unsere Stelle zeigt, bedeutende Geldleistungen auferlegt wurden.

Cn. Domitius C a l v i n u s, Consul des Jahres 53 v. Chr., führte im Jahre 48 selbständig ein Kommando in Macedonien, mit der Aufgabe, Scipio, der aus Asien mit bedeutenden Verstärkungen heranrückte, zu beobachten (3, 34, 3 ff.). Trotz aller Schwierigkeiten gelang es ihm, sich zwischen den beiden feindlichen Heeren des Pompejus und Scipio hindurchzuwinden und Cäsar bei Äginium zu erreichen (3, 79, 7). Bei Pharsalus befehligte er das Centrum (3, 89, 2).

Asiam finitimasque provincias d. h. Vorderasien bis an die Landschaft der Galater und pisidischen Gebirge, Bithynien, Paphlagonien, Pontus und Cilicien.

P h a r n a c e s, der Sohn Mithridates des Grofsen, hatte sich im J. 63 v. Chr. gegen seinen Vater empört und ihn dadurch in den Tod getrieben. Da ihm der Lohn, welchen er von Pompejus für diese Bluthat erhalten hatte, zu gering erschien, gedachte er jetzt, in den Wirren des Bürgerkrieges, seine Macht auf Kosten der Nachbarstaaten auszudehnen. Den tiefgreifenden Gegensatz zwischen den eingeborenen Asiaten und den eingewanderten Occidentalen hat Mommsen Röm. Gesch. V S. 312 scharf beleuchtet.

Armenia minor war Dejotarus mit dem Königstitel vom Senate zugesprochen worden, vgl. 67, 1 und Cic. Phil. II § 94 u. § 79.

A r i o b a r z a n e s III, Eusebes und Philorhomäus genannt, regierte seit 51 v. Chr. Als er sich im Jahre 43 weigerte, den Mördern Cäsars zu Hilfe zu ziehen, ward er von Cassius ergriffen und getötet.

2. Die Stellung von *cum* ist auffallend.

occupatione belli civilis vgl. 3, 22, 4 *occupatione magistratuum et imperiorum* (Paul st. *temporum*).

3. *ad legiones profectus.* Domitius hielt sich vermutlich in Ephesus auf, denn er ist doch wohl der Vertraute Cäsars, an den Dejotarus seine Zahlungen ablieferte. Cic. p.

secum ducit, duas in Aegyptum ad Caesarem mittit litteris eius
evocatas; quarum altera [in] bello Alexandrino non occurrit,
quod itinere terrestri per Syriam erat missa. Adiungit Cn. 4
Domitius legioni XXXVI duas ab Deiotaro, quas ille disciplina
atque armatura nostra complures annos constitutas habebat equi-
tesque D totidemque ab Ariobarzane sumit. Mittit P. Sestium 5
ad C. Plaetorium quaestorem, ut legionem adduceret, quae ex
tumultuariis militibus in Ponto confecta erat, Quintumque Pa-
tisium in Ciliciam ad auxilia arcessenda. Quae copiae celeriter
omnes iussu Domitii Comana convenerunt. Interim legati a Phar- 35
nace responsa referunt: Cappadocia se decessisse, Armeniam
minorem recepisse, quam paterno nomine iure obtinere deberet.
Denique eius regni causa integra Caesari servaretur: paratum

34. 3. [*in*] R. Schn. 4. *leḡ.* UFT, *legiones* V, *legioni* *equitesque C β*, *equitesque D* Schambach Progr. Mühlhausen i. Th. 1881 S. 13. A. 6. 5. *Festium* V *Sextium* UF *Pletorium β* *Ciliciciam* F, *Siliciam* V

35, 1. *iussa integra* F

Deiot. § 14 *ille Ephesum ad eum, quem tu ex tuis fidelissimum et probatissimum omnibus delegisti, pecuniam misit.*

litteris eius evocatas. Gleich bei den ersten Unruhen in Alexandria hatte Cäsar diesen Auftrag an Domitius abgehen lassen, vgl. 3, 107, 1 *Quibus rebus animadversis legiones sibi duas* (R. Schn. st. *alias*) *ex Asia adduci iussit, quas ex Pompeianis militibus confecerat.*

quarum altera bello Alexandrino non occurrit* = 'von diesen kam eine zum alexandrinischen Kriege nicht mehr zurecht', vgl. Liv. 31, 29, 1 *huic* (*concilio*) *ut occurrerent, et regis legati iter adcelerarunt, et a consule missus . . legatus venit*; 10, 43, 9 *septem milia passuum cum abessent a Cominio, revocati ab suis neutri proelio occurrerunt*; 39, 6, 1 *quibus* (*consularibus comitiis*) *quia M. Aemilius . . occurrere non potuit, C. Flaminius Romam venit.* — Welche Legion dies war, wissen wir nicht; die andere (XXXVII) ist 9, 3 genannt.

duas ab Deiotaro. Im Jahre 51 v. Chr. stellte Dejotarus dem Proconsul Cicero seine ganze Streitmacht zur Verfügung, deren Bestand Cic. ad Att. VI 1, 14 angiebt: *Habet autem cohortes quadringenarias nostra armatura XXX, equitum CIↃ CIↃ.*

4. *equitesque D**. Die in den Handschriften überlieferte Zahl *C* ist, wie Schambach richtig bemerkt hat, zu klein im Verhältnisse zu vier Legionen, und es ist auch nicht einzusehen, weshalb Domitius geringere Anforderungen an die Leistungsfähigkeit der Klientelkönige gemacht haben sollte, als kurz vorher Pompejus, der (3, 4, 3) von Dejotarus 600, von Ariobarzanes 500 Reiter sich hatte stellen lassen.

5. *ex tumultuariis militibus.* Den Gegensatz bildet die regelrechte Aushebung, vgl. Marquardt Röm. Staatsverwaltung II² S. 383 Anm. 2.

Der Name Patisius kommt sonst nirgends vor, deshalb will Haakh (Pauly Realenc. V 1225) Patiscus lesen. Cicero erwähnt einen Patiscus öfter, aber ohne Vornamen.

Comana (Gümenék) in Pontus, vgl. 35, 5.

2 enim se facere, quod is statuisset. Domitius, cum animadver-
teret eum Cappadocia decessisse non voluntate, sed necessitate
adductum, quod facilius Armeniam defendere posset subiectam
regno suo quam Cappadociam longius remotam quodque omnes
tres legiones adducturum Domitium putasset; ex quibus cum
duas ad Caesarem missas audisset, audacius in Armenia sub-
3 stitisse, perseverare coepit, ut eo quoque regno decederet: ne-
que enim aliud ius esse Cappadociae atque Armeniae, nec iuste
eum postulare, ut in Caesaris adventum res integra differretur:
4 id enim esse integrum, quod ita esset, ut fuisset. His re-
sponsis datis cum iis copiis, quas supra scripsi, profectus est
5 in Armeniam locisque superioribus iter facere instituit: nam
ex Ponto a Comanis iugum editum ⟨ac⟩ silvestre pertinet in
6 Armeniam minorem, quo Cappadocia finitur ab Armenia; cuius
itineris has esse certas opportunitates ⟨vidit⟩, quod in locis
superioribus nullus impetus repentinus accidere hostium pote-
rat, et quod Cappadocia his iugis subiecta magnam commeatus
36 copiam erat subministratura. Complures interim legationes Phar-
naces ad Domitium mittit, quae de pace agerent regiaque mu-
2 nera Domitio ferrent. Ea constanter omnia aspernabatur nec
sibi quicquam fore antiquius quam dignitatem populi Romani
3 et regna sociorum reciperare legatis respondebat. Magnis et
continuis itineribus confectis cum adventaret ad Nicopolim,

35, 2. *P. Domitius* UFV, *p*; *Domitius* T, *Cn.* R. Schn. mit einer schlechteren Handschr. *Capadocie* U *discessisse* T *non voluntate adductum* (*abductum* TV), *sed necessitate β*, *non voluntate sed necessitate adductum* R. Schn., vgl. 57, 5; 71, 2 *regno suo* TV *III* U, *tres* FTV *substitisset* UF, *substitisset ⟨et⟩* TV, *substitisse* Th. Bentley
4. *his* (*copiis*) *β*, *iis* *dixi* (?) mit übergeschriebenem *scripsi* F
5. *ex* (*Comana*), mit übergeschriebenem *a*, T *silvestre β*, *⟨ac⟩ silvestre* R. Schn. *pertinens β*, *⟨est⟩ pertinens* Aldus, *pertinet* R. Schn.
⟨vidit⟩ Forchhammer p. 84.
36, 1. *ad Domicium* V *deferrent* F 2. *omnia constanter* T *recuperare* V

35, 2. *subiectam regno suo* = 'welches an sein Land stiefs', die eigentliche Bedeutung von *sub*, welche § 6 und 3, 73, 3 noch hervortritt, ist bereits verwischt.

perseverare coepit, *ut* vgl. Cic. ad Att. 9, 19, 4 *ad urbem ut non accederem perseveravi.*

5. (*iugum*) *quo Cappadocia finitur ab Armenia* vgl. Mela I 8, 2 *Catabathmos .. finit Africam.* Der Gebirgszug, der von Comana bis Nikopolis sich hinzieht, liegt erheblich nördlicher als die Grenze zwischen Kleinarmenien und Cappadocien.

6. Der Fehler der Überlieferung steckt vielleicht in *certas.*

36, 2. *nec sibi quicquam fore antiquius quam .. reciperare* vgl. Cic. ad Fam. 13, 29, 3 *nihil ei fuisset antiquius quam ad Capitonem .. reverti.*

quod oppidum positum in Armenia minore est plano ipsum loco montibus tamen altis ab duobus lateribus obiectis satis magno intervallo ab oppido remotis, castra posuit longe a Nicopoli circiter milia passuum VII. Quibus ex castris cum locus 4
angustus atque impeditus esset transeundus, Pharnaces in insidiis delectos pedites omnesque paene disposuit equites, magnam autem multitudinem pecoris intra eas fauces dissipari iussit paganosque et oppidanos in his locis obversari: ut, sive amicus 5
Domitius eas angustias transiret, nihil de insidiis suspicaretur, cum in agris et pecora et homines animadverteret versari tamquam amicorum adventu; sive inimicus ut in hostium fines veniret, praeda diripienda milites dissiparentur dispersique caederentur. Haec cum administraret, numquam tamen intermit- 37
tebat legatos de pace atque amicitia mittere ad Domitium, cum hoc ipso crederet facilius eum decipi posse. At contra spes pacis Domitio in isdem castris morandi attulit causam. Ita Phar- 2
naces amissa proximi temporis occasione, cum vereretur, ne cognoscerentur insidiae, suos in castra revocavit. Domitius 3
postero die propius Nicopolim accessit castraque oppido contulit. Quae dum muniunt nostri, Pharnaces aciem instruxit

36, 3. *excastra* TV *passus* V, 'ut solet' Dübner. 4. *observari* TV 5. *sive amicus sive inimicus β*, die Worte *sive inimicus* sind nach Nipperdey p. 195 an den Anfang der zweiten Satzhälfte gestellt. *animum adv.* UFT, *animadverteret* V *adventus ut in β*, *adventu ⟨sive inimicus⟩ ut in* Nipperdey. Andere Vermutungen bei Preufs unter *inimicus*

37, 1. *tam̃ ñ* TV *ipse* V 2. *vereretur* TV, *veritus* UF (U am Rande: *quaere*), *cum vereretur* mit schlechteren Handschr. 3. *in oppido* F *contulit ⟨rex⟩ β* *nostris* TV

3. *longe a Nicopoli*, vgl. V 47, 5 *copias Treverorum tria milia passuum longe ab suis castris consedisse;* VII 16, 1; 2, 37, 3.

Nicopolis (Enderes) in Kleinarmenien war von Pompejus im Jahre 66 zum Andenken an seinen Sieg über Mithridates gegründet worden.

4. Da *paene* sonst voransteht (28, 1; 29, 5; 40, 4) so ist zu vermuten, dafs hier die Umstellung erfolgte, um *paeneque* zu vermeiden. Doch steht 23, 1 *transireque*.

5. *dissiparentur dispersique.* Die einfachere Form dieser Ausdrucksweise (Epiploke), mit Wiederholung desselben Verbums, findet sich mehrfach bei Cäsar, z. B. 1, 28, 4 und Livius. Cicero bevorzugt die künstlichere Weise, mit Abänderung des zweiten Verbums, z. B. p. Roscio Am. § 32 *Patrem meum . . . iugulastis, occisum in proscriptorum numerum rettulistis.* Vgl. daselbst die Anmerkung von Landgraf.

37, 1. *numquam . . intermittebat* mit folg. Infinitiv vgl. Cic. de div. II § 1 *ne quando intermitterem consulere reipublicae.*

spes pacis Domitio . . morandi attulit causam, vgl. Cic. de div. II § 6 *Ac mihi quidem explicandae philosophiae causam attulit gravis casus civitatis.*

4 suo more atque instituto. In fronte enim simplici derecta acie
cornua trinis firmabantur subsidiis: eadem ratione haec media
conlocabantur acie duobus dextra sinistraque intervallis simpli-
5 cibus ordinibus instructis. Perfecit inceptum castrorum opus
38 Domitius parte copiarum pro vallo constituta. Proxima nocte
Pharnaces interceptis tabellariis, qui de Alexandrinis rebus lit-
teras ad Domitium ferebant, cognoscit Caesarem magno in peri-
